



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 28. Continuatio mercatus beneficiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

cimum primos fructus annuos omnium Sæcul. XIV.
 Ecclesiarum cathedralium, & abbatia- A.C. 1399.
 rum, quæ vacarent, ærario Apostolico re-
 servavit, ita, ut quisquis ab ipso sedem
 episcopalem, vel abbatiam vellet accipe-
 re, ante omnia deberet primos ejus fru-
 ctus solvere; etiamsi possidendam capere
 nequiret. Id enim non curabat Bonifa-
 cius: immo sæpe significabat optare se,
 ut impetrans careat possessione: sic enim
 se ab alio nacturum pecuniam. Hi sunt
 fructus anni primi, quos vocamus *Anna-*
tas, & quorum initium ponitur sub ponti-
 ficatu Bonifacii IX, quamvis antiquior sit
 eorum origo. Ut legisti: anno 1306 Pa-
 pa Clemens V quosdam Episcopos An-
 gliæ id jus in Ecclesias suarum diocesium
 a se postulare videns credidit se posse hoc
 jus in omnia ejusdem regni beneficia si-
 bimet tribuere. Anno 1319 Papa Joan-
 nes XXII pro indigentia Ecclesiæ Roma-
 næ fructus primi anni omnium beneficio-
 rum, quæ intra triennium vacarent, sibi
 reservans hinc exceptit episcopatus, & ab-
 batias. At Bonifacius IX fuit is, qui an-
 te alios rem extendit ad Præsulum digni-
 tates, & in perpetuum.

Sup. l. 91.
 §. 4
 Thom. disc.
 to. 3. p. 793.
 n. 5.

Extrav.
 com. de
 præb. c. II.

§. XXVIII.

Continuatio mercatus beneficiorum.

Cum autem omnes illi, qui veniebant
 Mm 2 adeptu-

Sæcul. XIV. adepturi beneficia, Romam haud grandes afferrent pecunias, usura ibi sub hoc

A. C. 1399.

Th. Niem.

6.7.

6.8.

Papa fiebat tam frequens, tamque publica, ut pro noxa non haberetur amplius. Bonifacius cuncta beneficia etiam non reservata vendebat ascripto die obitus possessorum: & quo citius hic constaret, dabantur tota in Italia cursores sciscitantes, an ægrotarent beneficiarii opulenti; quibus vix mortuis illi properabant Romam, ac rem nunciabant suis conductoribus. Interdum beneficium idem pluribus eodem die apposito vendebat Papa, illud tanquam vacuum cuique proponens. Præterea ut inutiles redderet promissiones a se factas, faciebat alias, quibus ascripta erat dies posterior cum clausula: *Anteferri*. Sic agebat tam diu, ut nemo aliquas deinceps emeret.

6.9.

Diarii Ascriptores inde capiebant occasionem introducendi promissiones novas, quæ cunctas priores, etiam prædictas clausula: *Anteferri* evertabant: sed tanto stabant pretio, ut pauci eas possiderent. Bonifacius multas regulas pro Ministris tabularii sanctioris, aliasque sanctiones condidit, per quas circumcidere nimiam multitudinem harum promissionum velle videbatur: sed has novas regulas solum prætexuit, ut carius venderet earum laxamenta. Libelli supplices etiam chirographo jam muniti exactis publicis

blicis removebantur, si quis plus offerere-
 bat: tum enim ab offerente minus, & pro-
 missum antea consecuto deceptum se per-
 hibebat Papa. Anno 1398 urente Ro-
 mam pestilentia unum idemque benefi-
 cium interdum eadem hebdomade multis
 est venditum, quorum nemo possessionem
 adiit: nam omnes mors prævenerat.
 Hæc negotiatio erat tam publica, ut eam
 esse licitam, nec posse Papam hac in ma-
 teria peccare plerique Curiaë Ministri con-
 tenderent.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1399.

§. XXIX.

Bonifacii causam defendit Anglia.

Anglorum semper Bonifacio parentium
 Rex Richardus Universitatem Oxo-
 niensem consuluerat, an ille non esset adi-
 gendus ad cessionem, sicut Gallia Bene-
 dictum ad eam vellet adstringere? Re-
 spondit illa: Hispanos, Gallosque non re-
 prehendimus, quod abnuerint iussa falsi
 Papæ sui, & ad cessionem illum compu-
 lerint. Sic possunt agere falvis legibus,
 quia diffidunt ejusdem juri: fortassis et-
 iam cupiunt ita mederi malo, quod fece-
 runt concitando schisma. Sed hæc ad
 pacem via non est canonica, universalis,
 & ineunda iis, quibus sua conscientia ni-
 hil exprobrat.

Rayn. 1396:
 n. 32.

Mm 3

Gra-